



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 3. Papa ex aliorum suggestione Henrico IV. parum propensus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI.

§. III.

A. C. 1592.

*Papa ex aliorum suggestione Henrico IV. parum propensus.*

*Thu. l. 103.  
Spond. hoc  
ann. n. 4.*

**H**ic Papa sub primis Pontificatus sui auspiciis de rebus Franciæ parum instructus videbatur, illique, a quibus rei veritatem edoceri posset, ab ejus colloquio studiose prohibebantur, proin Papa ab Hispanis, & fœderatis sese decipi passus est: tam artificiose enim eisdem res proponebantur, ut Romæ passim crederetur, Religionem Catholicam in Galliis penitus eversum iri, si Henricus Borbonius ibidem tanquam Rex agnosceretur, cum in ejus conversione spes haud ulla reponi posset, ut proin Pontificis esset, quatenus Catholicos ab ejus studio averteret, aut illos unacum ipso ab Ecclesiæ unione segregaret, si diutius ejus obsequio addicti persistere vellent.

§. IV.

*Pontificis mandatum de eligendo Galliciarum Rege.*

*Thuan. l. c.* **E**rroneis hisce relationibus imbutus Clemens VIII. primas eo curas intendebat, ut Henricum a Regni successione arceret: eapropter epistolam ad diplomatis Pontificii normam Pisano Cardinali Legato suo trans mittebat, in qua